

Mat: 26 circa passionis suæ tempus, & Matth: suos discipulos, & nos circa mortem, vel gravissimis afflictionibus oppressi, adjungamus nobis alios. Væ enim homini soli.

Eccle. 4.

2. Item, cum D E O visum fuerit, libenter huic vitæ valedicamus, cum Simeone dicentes: *Nunc dimitis, &c.* Si quidem Christus sponte passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut
1. Pet: 2. insistamus vestigijs ipsius.

3. Spontanea Christi passio, sedulō nobis est consideranda, quod Christus innuit, dum uritur particulâ attentionis *ECCE.* Hæc de Christi ascensu in Hierosolymam, sequitur ipsius Concio, in quâ breviter & de passione, ac morte, ac resurrectione suâ agit, confirmans utramq; testimentijs, vel prædictionibus Prophetarum.

V S V S.

Ψ 90.

1. Exemplo Christi & nos consideremus finem dierum nostrorum, ita ambulabimus corde sapienti. Nihil enim sic revocat hominem à peccatis, quam frequens meditatio mortis ac judicij.

August.

2. Adversus mortem nulla firmior consolatio, quam recordatio resurrectionis nostræ. *Quemadmodum enim Christus*